



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 9011888X**

§. 62. Hispani a Gallis profligati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](#)

Sæc. XVII. Tutlinga urbe potiti, reliquas Gallo-  
 A. C. 1643. rum, Suecorumque stationes, prout  
 inter Cæfareo - Bavarios Belliduces  
 convenerat, aggressi præter Italicam  
 Mazarini Cardinalis legionem quam-  
 plurimos internecione deleverunt, di-  
 visas vero Gallorum legiones ad dedi-  
 tionem compulere: Pauci cum Rosa  
 Sueci Equitatus Præfecto ultra Rhe-  
 num fuga elapsi sunt, ceteri omnes,  
 plusquam sex millia, unacum pecu-  
 niis, bellicoque apparatu, & vexillis  
 sine ulla ferme sanguinis effusione in-  
 tra biduum in potestatem Victorum ve-  
 nere. Die autem vigesima sexta No-  
 vembbris Bavari promotis Tutlinga ca-  
 stris Rottwillam obsedere, ac tertio  
 post die paulo ante a Vinariensibus ex-  
 pugnatam recuperarunt, captis præfi-  
 diariis, soloque Friderico Wirtember-  
 gico Duce cum præcipuis Tribunis,  
 farcinisque discedere permisis: Galici  
 quoque exercitus reliquiæ in Alsatiæ  
 profugere.

## §. LXII.

*Hispani a Gallis profligati,*

*Ferrer. hist.* Felicius cecidit belli alea Gallis in Ca-  
 contin. *Hisp.* talonia ad castellum Mirabellam,  
 cap. 2. t. 13. cuius urbis obsidionem Hispani non si-  
 ne magna suorum clade die prima Mar-

tii

tti solvere coacti sunt: Postquam vero Sæc. XVII.  
Franciscus de Melo Hispani exercitus A. C. 1643.  
Imperator in Galliis Richelium Cardi-  
nalem obiisse, & in Hispaniis Olivarium  
Regis gratia excidisse compererat, ani-  
mum ad magnos ausus erigens, in Cam-  
paniam cum valido exercitu irrumpere  
statuit: Igitur die secunda Maij ut sibi adi-  
tum in Gallici Regni præcordia aperiret,  
Rupem Regiam, seu Rocroam validam  
Hannoniæ urbem arcta obsidione pres-  
fit, jamque obsessos ad tantam extre-  
mitatem redegit, ut deditio singulas  
in horas expectaretur: Verum tantæ  
urbis jacturam minime ferendam ratus  
Ludovicus Dux Anguinius Galici exer-  
citus imperator, cum Hospitalio atque  
Gassione fortissimis juxta ac expertissi-  
mis Ductoribus laboranti urbi contra-  
tis omnibus copiis in auxilium accur-  
rit. Inclinante jam in Vesperam die  
in conspectum hostilium castrorum ve-  
nit, eaque aggreditur, præfestinam  
tamen pugnandi cupiditatem gravi suo-  
rum clade expiare cogitur. Ipsa vero  
Martis frustratione accensus, postridie  
vixdum albescente aurora in Hispanos  
aciore impetu effunditur, eosque tanta  
delet clade, ut si ea victoribus inno-  
tuisset, actum fuisse de Belgio: Fusco  
enim fugatoque equitatu deletus est  
omnino Hispanorum peditatus, capta  
impe-

Sæc. XVII. impedimenta, & militare instrumen-  
A. C. 1643. tum omne: Auxit quoque cladem Fon-  
tanus Comes, qui oblatam ab hosti-  
bus vitæ gratiam respuens, cum tota  
legione sua gladiis jugulatus est. Co-  
mes quoque Joannes Ritbergicus se-  
ptem vulneribus faucius libertatem a-  
misit: facta demum major est in fuga  
cædes, sparsis per sylvam rusticis, qui  
fugientes locorum ignaros fustibus, lu-  
dibusque trucidarunt, sive spe prædæ,  
sive ultionis cupiditate. Hac victoria  
potitus Dux Anguinius, Theonisvillam  
urbem circumfedit, eamque non om-  
nino bimestri oppugnatione ad deditio-  
nem ingenti suorum strage compulit,  
sexcentis præsidiariis, qui adhuc su-  
pererant, Lucemburgum abire permisit.

## §. LXIII.

*Ragotsius cum Valachis Cæsari  
bellum inferens.*

Jæger. Hist. Sub idem ferme tempus, quo Tor-  
Ecl. l. c. stensonus Sueciæ Reginæ iusfl Hol-  
Adlzer. An- satiam invaserat, captisque jam pluri-  
nal. Boic. bus oppidis Daniam infestis armis inun-  
p. 3. l. 28. daverat, Christianus Rex viribus im-  
Barre hist. d' Allemagn. par, a Ferdinando Cæsare opem im-  
plorabat: Nec ei deerat Imperator;  
Galassum enim Comitem, qui denuo  
militare Imperium in se suscepserat,  
cum